Q. F. F. S.

CAPUT I.

DE NOMINE LIBELLI.

Num. I.

TRactaturus de Libello non negligendum exiſtimo de ipſius vocabuli ſignificatione quædam præmittere; qui enim de re quâdam agere inſtituit noſſe prius oportet unde nomen ipſius Rei deſcendat.

l. 1. pr. De I. & I.

Eſt autem à Libro appellatus ejuſque diminutivum.

A. H. Mollenbecius. *Diviſ. Jurid. Cent. 1. Div. 47. lit. A*

Et in genere omnem ſcripturam ſignificat

l. 1. pr. de tab. exhib. Matt. Weſemb. *in parat. de edendo num. 2. pr.*

N. II.

Cæterum cum vocabulum illud ſit æquivocum, ita, ut modo *Commentarium in ſacras literas*

c. 2. pr. X. de Sum. Trin. & Fid. Cat.

modo *epiſtolam vel ſchedam, quam maritus uxori, aut contra uxor marito repudii causâ mittit*, cujus fit mentio *in l. ſi pœnituit. 7. ff. de divortiis. &* Deuter. *24. v. 1. apud* Matth. *5. v. 31. & 19. v. 7.* Marc. *10. v. 4.*

modo *ſchedam intimatoriam* quæ in foro aut valvis eccleſiarum proponitur: v. g. inveniſſe Sempronium annulum aureum,